UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disputatio D. Johannis Eccij et P. Martini Luther in Studio Lipsensi. futura

Eck, Johannes
Luther, Martin

[Wittenberg], 1519

VD16 E 318

urn:nbn:de:hbz:466:1-32397

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Positiones de indulgentiis
Sermo de penitentia
Resolutiones disputationum de indulgentiis
Ein Sermon von dem Ablass und gnad
Verlegung etzlicher Artikel wider den [illegible] Sermon
Ein freiheit des Sermons Martini [illegible] indulgentia
Silvestri prieratis contra conclusiones Martini
Responsio Martini ad dialogum Silvestri
Replica Silvestri
Acta Martini Augustensia
Disputatio Eckii et [illegible] Martinum in studio [illegible]
Disputatio et excusatio Martini contra criminationes Eckii
~~Oratio Mosellani~~
De ratione disputandi oratio Mosellani
Erasmi epistola ad ducem Georgium et alia [illegible]
Resolutio super propositione de potestate pape
Alia resolutio de eadem [illegible]
Resolutiones super propositionibus Lipsie disputatis
Oratio Jo. Langii [illegible] disputationis Lipsice
Disputatio prima Eckii et Carolstadii de verba ad verbum per notarios conscripta
in uno libro Disputatio secunda eorundem
Disputatio tertia Eckii et Martini
Epistola Philippi Melanchthonis de eadem disputatione
Excusatio Eckii contra epistolam Philippi
Defensio Philippi contra Eckium
Concertatio [illegible] et Cellarii
Epistola Emseri ad Aegocerotem
Ad Aegocerotem Emserianum Martini additio
De venatione Lutheriana [illegible]

Solutiones doctorum wittenbergensium
Contra [illegible] Wittenbergensium &
[illegible] lipczensem & alia quedam
Contra malignum Jo Eckii iudicium
Ad Jo Eckium epistola Martini super expurgatione Ecciana
Appellatio Martini lutheri
Appellatio parisien

Liber primus opusculorum Martini luther

Th. 6116.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz Spez. Katalog 328.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Diſputatio D. Johannis Eccij et P. Martini Luther in Studio Lipſenſi. futura.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IN STVDIO LIPSENSI DISPVTABIT Eckius ꝓpoſitiones infra notatas cõtra D. Bodenſtein Carleſtadiũ archidiacono & Doctorẽ Vuittenburgen.

REuerendiſſimo in CHRISTO patri ac Illuſtri Principi D.
Matheo S.S. Romanę Eccl'ię. tt. S. Angeli Cardinali Co-
adiutori Saliſburgi, dño ſuo pietiſſimo Ioã: Eckius puus
Theologus S.D. cũ paratiſſima obſequioꝝ oblatiõe. Nõ pręterit
te Reuerendiſſime pater ac optime princeps, qũo D. Bodenſtein
Archidiaconus Vuittenbergeñ. ſuperiori Maio, Cõcluſiones felle
plenas & mordaciſſimas, calcographorũ opera, cõtra me ſparſerit:
Ob id qđ ad Reuerendũ dñm meũ D. Gabrielem epiſcopũ Eiſtet-
tenſem digniſſimũ / adnotationes quaſdã priuatim ſcripſeram in
aliquot ꝓpoſitiones D. Martini Luther Auguſtiniani Vuitten-
bergeñ. in materia ſacramenti pœnitentię: cui ego permodeſte re-
ſpondi: ac ne mordentes inuicẽ, cõſummaremur abinuicem, vt
diuus Hieronymus ad Ruffinũ ait: ꝓpter etiã ſcandala vitanda:
quæ ex amarulentis libellis diſſeminatis oriũtur: Obtuli me velle
ſtare iudicio Sed: Apoſt. ad quã om̃is cauſa fidei merito referri de-
bet, vt Gelaſius Symachus &c. docuere: Iudicio item obtuli ſtudij
Romani in Italia, Parrhiſini in Gallia, Colonieñ. in Germania: At
ille diſputationẽ refugiens (. quod qui faciant, A. Auguſtin⁹ cõtra
Fauſtum explicat.) mea q̃q; abuſus modeſtia / alterũ libellũ edidit:
in quo me denuo conuicijs onerat: ac ſi hoc Maieſtatis Theologi-
cę eſſet, cõuicijs ac iniurijs ſeuire: quẽ etſi remordere poſſem, ſi vel-
lem: & vt beatus Hieronim⁹ ad domnionẽ cõtra vafrũ monachũ
ait / poſſẽ genuinũ dentẽ leſus infigere: At diui Auguſtini & eiuſ-
dẽ̄ ħ. Hieronymi ſecutus cõſiliũ: peperci ſibi / peperci mihi / peperci
nomini Chriſtiano: Etd. Martinũ Lutter Auguſtę adiẽs ſciſcitabar
ex eo: cur ſuus propugnator mecum nõ expectaſſet Sed: Apoſt. &
laudatiſſimoꝝ ſtudioꝝ iudiciũ: Qui itineris difficultates & expẽ-
ſas cauſatus / Lipſenſe ſtudiũ mihi obtulit Carleſtadio vicinũ: in
quo cõuenire deberemus ad diſputãdũ: idẽ mihi ex Vuittenberga
Carleſtadio placere reſcripſit: cui ego perlibẽter aſſenſũ præbui: ita
omnino nihil, coram doctiſſimis fœlicis ſtudij Lipſeñ patribus,
mihi & vẽitati timeo: Quare illuſtrimo prĩcipi & dño d. Georgio
Saxõię duci &c. prĩcipi clemẽtiſſimo eiuſdẽ ſtudij patrono humi-
liter ſcripſi: vt ſua illuſtris D. fauorabilẽ huic negocio præbeat aſ-
ſenſũ: Scripſi & almę vniuerſitatis & facultatis Theologicæ cõſilio /
quibuſuis pręcib⁹ rogãdo & ſupplicãdo; vt onus audiẽdi & iter

nos iudicādi/vter rectius de ſide ſentiat, ſuſcipere dignentur: Nam pulcherrimū arbitror, pro veritate fidei/& q̄ ſedes beati Petri ſeqtur & docet (vt Iulius papa præcepit) in arenā deſcēdere: Cathedræ eni beati Petri cū S., Cypriano, nō deſero: quod ibi ſolū incorrupta (.vt Hieronim⁹ ait.) patrū ſeruat̄ hęreditas: quæ auctoritatē dat loquēdi tacēdi: nā & ſacrę ſcripturę intellectū accipio ſecūdū praxim eccleſię/extra quā viuere, mori eſt. Cū autem reuerēdiſſima tua paternitas/non ſit mediocris eccleſiæ columna: me tuo totū dedo ac cōmendo patrocinio: etiā atq; etiā/rogans/vt ſicut vales, ita velis me tueri/ſolum vt veritas fidei/& quā Romana tenet eccleſia tueatur ac defendatur. Valeat Reuerendiſſima ac illuſtriſſima dominatio tua. Ex Auguſta Rhetiæ .IIII. Kalendas Ianuarias.

Anno reſtitutæ Salutis. M. D. XVIII.

POSITIONES QVAS ECKIVS DEFENDET in ſtudio Lipſenſi cōtra nouā doctrinā.

I Neq; dictis ſacrę ſcripturę, aut ſanctis patrib⁹ Auguſtino & alijs cōcordat D. & magiſtrū noſtrū IESVM Chriſtū dicēdo Pœnitētiā agite, voluiſſe omnē fideliū vitā eſſe pœnitētiā: vñ & de ſacramētali pœnitētia illđ vñ idonee pōt ītelligi.

II Etſi peccata venialia ſint quottidiana: tamē iuſtū ſemꝑ peccare ī omī ope bono, etiā bene moriēdo, negam⁹: Sicut erroneū dicim⁹/iuſtū manēte iuſticia/peccare poſſe mortalr̄ aut ī puero poſt baptiſmū alienę volūtatis pctm̄ remanere.

III Aſtruentē pœnitētiā non recte inchoari a deteſtatiōe peccatorum, recogitando grauitatem peccati & pœnæ & quod faciat magis peccatorē, tanquā Euangelio & ſanctis patribus contrarium, non dicimus audiendum.

IIII Dicere deū remittendo culpā, remittere pœnam/& non cōmutare in pœnam aliquā temporalem ſatiſfactoriam, per canones & ſacerdotis iniunctionem in parte vel toto declaratā, vt ſacrę ſcripturæ & vſui eccl'ię repugnās exiſtimam⁹.

V Quēlibet ſacerdotē (.nullo pręlato dempto.) ſuo ſubdito petēti, poſſe remitere aut debere pœnas & culpas: ita ꝙ prælatus non plenarie abſoluens a pœna & culpe peccet/velut vſui ſanctę matris eccleſię aduerſum, non acceptamus.

VI Animas in purgatorio nõ ſatiſfacere ꝑ peccatorꝫ pœnis / a quorũ culpis abſolu ę, hic nõ ſatiſfecerũt, reputamus erroneũ: ſicut nõ eſt ſine errore / qui nõ credit deum a morituro requirere aliã quã mortis pœnam.

VII Ex imperfectione charitatis vel fidei in anima mortui, fieri horrorẽ & q̃ſi deſperationẽ / quib⁹ ĩ purgatorio afficiant: & q̃d illiũ horrorem ex timore mortis incurrãt / q̃ q̃ſi inuiti moriant, nõ recipimus / quia veritati & rõni contrariũ.

VIII Animas in purgatorio mereri maiorẽ gratiã, aut eorꝫ prœmia minui / ſi alienis meritis liberentur, aut nõ eſſe certas de ſalute, aut ſuffragia noſtra nolle, vt fidei noſtrę & om̃i rationi aduerſa negamus.

IX Meritũ paſſiõis CHRISTI nõ eſſe theſaurũ eccleſię, ex quo dent indulgẽtię, q a veritati & apoſtolicis decretis obuiãs, negamus ſicut claues eſſe theſaurũ eccl'iæ, imperitiſſimum opinamur: Meritis q̃ꝫ ſanctorꝫ nos adiuuari pie credimus

X Dicere indulgẽtias nõ expedire / eſt error: dicere itẽ indulgentias eſſe viciũ aliq̃d operis / q̃ ipm minus valeat, error eſt peſſimus: quare & hunc errare ſentimus / qui dicit ſe teneri improbare indulgẽtias / quia dñs dicat, ꝑpt me deleo iniquitates / non ꝑpter pecunias.

XI Papã nõ poſſe remittere pœnã ꝑ peccato debitã per indulgẽtias, error: im̃o erroneũ eſt eũ non poſſe abſoluere a pœnis aĩas in purgatorio exiſtẽtes: Omniũ aũt maxime non recipimus / ꝙ morituri, infirmi, legitime impediti, non crimina publica habẽtes, indulgẽtijs nõ egeant.

XII Romanã Eccleſiã nõ fuiſſe ſuperiorẽ alijs eccleſijs ante tpa Syluestri negam⁹: Sed eũ qui ſedẽ beatiſſimi Petri habuit & fidẽ, ſucceſſorẽ Petri & vicariũ CHRISTI generalem ſemꝑ agnouimus.

¶ Cõtraximus q̃ ad fieri põt ꝑpoſitiões: has paucas accepim⁹ / quod & alia ab his pendeant.

Soli Deo gloria.

IHESVS.

ERVDITISSIMO VIRO ET PRESTAN=
tiſſimo .D. Andreę Bodenſtein Carlſtadio ſyncerioris
Theologię aſſertori facile primario. Archidiacono
Vuittenbergeñ. pręceptori ac maiori ſuo in Chr̄o
Martinus Luther Auguſt.

Salutē. Edidit Eccius noſter, inclyte vir, ſchedulā, in qua mag=
nificis ampullis verborꝝ crepat (id aūt homini moris eſt) ſeſe ad=
uerſus te diſputaturū Lipſię, Et ego id noīe tuo, cū ipo tractaram
Auguſtę, Siqua ratione, contētio veſtra, corā & amica familiariq̧
cōgreſſione cōponeref, quod nec tu, pro tua dignitate detrectaſti,
ſed ecce homo, pulchre memor, & ſibi cōſtās, poſtq̄ te ſœde infa=
marat, tandē ꝓmittit in te, ſed vertit in me īpetum ranarū ne an
muſcarū ſuarꝝ neſcio. Sperauerā ego tractatū futurū, de honeſtiſſi=
mis ſeriꝭ tuis, & de gr̄a dei, humana miſeria, oīnoq̧ de ea re, quæ
inter vos vertit. At meus Eccius in meas interim nugas debacchat,
aut ꝑ more iſtorꝝ dierū laruis iocatur potius, ſtultas quęſtiones de
indulgētijs, pene ex orco tādē reuocat, tua, velut parerga & ſūmo
(quod aiūt) digito vix attingens, forte Sp̄ūſſanctus p̄uidens hoc
hominis ludibriū & nugacitatē, dedit in cor Egregiorū dn̄orꝝ do=
ctorū Lipſenſis ſtudij, vt recuſarent vobis hoc negocium apud ſe
gerendū, Sed & ego nolo te optīe Andrea, in friuolam & laruatā
hanc diſputationē deſcendere, tum ꝙ mea & me petit, lauta hęc &
καλλιπαρηιοσ και λευκωλενοσ perſona, tū ꝙ ingeniū tuum &
tua diſputatio, digniora ſint, q̄ vt in has ſophiſtæ & meas nugas,
indulgētias inq̄: ſeu rectius & vere negligētias, humilientur. Quas
cū oēs doctores, etiā ſcholaſtici, infœlices Eccij p̄ceptores, fateant
tñ & ipi, primū nō eſſe neceſſarias Chriſtiano, tū ſi nullę eſſent, me=
lius eſſe, ac per hoc ad ſcripturas & rem theologicā, ſicut aſinū ad
lyrā. Nec ego illas vnq̄ mea diſputatione dignatus fuiſſem, niſi ꝑ
populo Chriſti Phrenapatas Marçologos, authades, & ęſchro cer=
des oportuiſſet redarguere. Nihilominus tamen has res leuiculas,
& nihili, magni iſti & generoſi Theologi, adeo curāt miſere, adeo
pōpis vel anxijs inflare conātur, vt in ijs ſummū & noīs & officij
ſui, decus conſtituiſſe videant. Interim Theologię legitimo, & qđ
ad rem pertinet, officio, penitus poſthabito & in ſabbata grāſ lato,
non quidē lucri aut glorię emulatione, niſi minus principaliter ꝑ
accidens, & in potentia, modo nō ſit nimis remota. Quando
autē ego, deo volente, digniore conditione viuere nō permittor
q̄ vt cum nugacibus & vanis ſophiſtis, cū peſtilentibus Romani

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pontificis & Romanantiũ tyrãnoꝝ adulatoribus, ætatē cõſumã,
gaudens & fidens poſthabeo iſtorũ: mea ſeria ludo. Quare mi
Ecci, Nõ dãno te, vaniſſimę glorię, ꝙ hanc ſchedulã edideris, añq̃
certus eſſes, quid Lipſenſes in hac re facerēt, imo poſtq̃ ex me acce-
peras eos oĩno recuſare, quia ex fumo ſcz & ex diſputatiõe nunq̃
futura ſperaſti captare gloriã. Nõ crimior, ꝙ ſubdole, & parũ hu-
mane, nedũ theologicę, doctori Carlſtadio alienas ꝓpoſitões ob-
ieceris: quas cũ oĩno illũ nõ ſuſcepturũ ſperares, iterũ de fumo in
tantũ virũ triũphares. Nõ q̃ror, ꝙ ad adulationē fędiſſimã Papæ
verſus, me rurſus in fabulas traduxeris: nouoſq; a te fictos errores
mihi impoſueris, & tñ nihil minus te agere ſimularis. Toleramus
iſta a Theologo facta, id ſolum volumus oſtendere, nos ſcilicet
intelligere ſtrophas tuas infœliciter verſutas & figuras nihilo fi-
guratas, & benigniter te monere, vt deinceps ꝓ gloria tua, paulo
ciuiliore aſtutia, naſo ... mo calcaneo noſtro inſideris, Agreſtem
hanc & veternoſam tuam prudentiam, in craſſos tuos conſophi-
ſtas ludas. Interim eſto vir fortis & accingere gladio tuo
ſuper femur tuũ potentiſſime, poſtq; em̃ ꝓ pace tua mediator in-
gratus fui, placebo fortaſſe cõcertator, Nõ ꝙ vincere ꝓpoſuerim,
ſed ꝙ poſt victorias tuas pannonicas, Longobardicas, Baioaricas
(mõ tibi credamꝰ) occaſio tibi fiã obtinēdi nominis, q̊ & Saxõicꝰ
& Miſnicus triũphator, ac ſi voles, ſemꝑ auguſtꝰ ſaluteris ięternũ,
ac ſic gloriã, αιεν ακαι Δεικνε πιειμενε, adeptus, q eſcas iuxta
Mgr̃i tui ſententiã, habitibus exiſtentibus in materia ceſſat motus.
Q꜠q̃ mallem, vt monſtrũ, qđ iã diu in me alis, & qđ te male ha-
bet, aliqñ pareres, Et nauſeas quibus ſtomachus tuus periclitatur,
tandē euomeres in publicũ, miniſq; illis tuis Baſilicis & glorioſis
per om̄ia finē imponeres. Sed ad te reuertor optime Andrea, &
oro, vt vna mecũ ad Illuſtriſſ: Principē ducem Georg: prudētiſſi-
mũ q̊q; Senatũ Lipſię ſcribas, ſiqua dignentur nobis domum vel
ꝓphanã in hoc negociũ collocare. Nam Egregios dños doct: de
Vniuerſitate, penitus nolo huius periculo iudicij onerari, quod &
prudētiſſime recuſarũt. Quin id faciemus, adductis notarijs duo-
bus, vterq; Eccius & Lutherus, & ſiq alij idē velint, ad manũ No-
tariorũ dictet ſua argumēta & reſponſiones, Qđ eo facio cõſilio,
ne & nobis fœda illa iactãcia & fruſtraneus labor cõtingat, quæ in
Viennenſi diſputatiõe Eccij vidēt, tũ vt clamor & geſtus iportũi,
quibꝰ ſolent ęſtuare & perdere veritatē nr̃i ſęculi diſputatores, co-
hibeantur, om̄ia aũt vel poſſibili modeſtia in literas ꝓnunciētur,
Atq; ea ſic in literas relata, offerri poſſint Sedi Apoſtolice, Ep̃is, &
totius Chriſtiani orbis iudicio.

¶ Contra Nouos & Veteres Errores defendet Martinus Luther has poſitiões ſequẽtes. In ſtudio Lipſenſi.

I Quottidie peccat om̃is hõ: ſed & quotidie pœnitet, docẽte Chr̃o, pœnitentiã agite. Excepto vno nouo q̃dã iuſto, qui pœnitẽtia nõ ĩdiget, cũ etiã palmites fructiferos quottidie purget agricola cęleſtis.

II In bono peccare hominẽ, & pc̃m̃ veniale: nõ natura ſua: ſed dei miſericordia ſolũ eſſe tale; aut in puero poſt baptiſmũ peccatũ remanẽs, negare, hoc ẽ Paulũ & Chriſtũ ſemel conculcare.

III Qui opus bonũ aut pñiam, a peccatoꝝ deteſtatione, ante dilectionẽ iuſticię incipi, nec ĩ eo peccari, aſſerit, hũc inter pelagianos hęreticos numeramus, Sed & cõtra ſacrũ ſuum Ariſtotelem deſipere probamus.

IIII Deus mutat pœnã ęternã in tp̃alem, ſcz Crucis portandæ, cuius Canones aut ſacerdotes: nec ſtatuendę nec auferendæ habent vllã ꝑtãtem, q̃q̃ id ab adulatoribus noxijs ſeducti pręſumere poſſint.

V Quilibet ſacerdos debet abſoluere pœnitentem a pœna & culpa: aut peccat, ęquę peccat, ſuperior p̃lat⁹, ſi occulta: ſine cauſa reſeruat rationabiliſſima, q̃tumlibet vſus Eccleſiæ .i. adulatorum reſiſtit.

VI Forte ſatiſfaciũt aĩæ in purgatorio pro peccatis. Sed ꝙ deus a morituro plus q̃ȝ volũtariã mortem requirat, vaniſſima temeritate aſſeritur, quia nullis modis põt ꝓbari.

VII Veritati & rationi cõtrariũ ẽ quidẽ, inuite moriẽtes deficere in charitate, ideoq; pati horrorẽ purgatorij, modo veritas & ratio ſit idẽ, qđ opinio Theologiſtarũ.

VIII Animas in purgatorio eſſe certas de ſalute ſua: nec gr̃am in eis augeri, ſcimus a theologiſtis aſſeri, Sed miramur doctiſſimos viros, ꝙ hui⁹ fidei ſuę rationẽ: nec ſtulto veriſimilẽ reddere poſſunt.

IX Meritũ Chr̃i eſſe theſaurũ Eccl'ię, & ſanctorũ meritis iuuari certũ ẽ. Eſſe aũt theſauꝝ indulgẽtiaꝝ: nemo niſi fœdus adulator extrauagãtes a veritate & fictę quędã eccl'ię praxes aut vſus ſimulant.

X Dicere indulgẽtias eſſe bonũ Chr̃iano, eſt inſanire, ſunt eñ veriſſime opis boni vitiũ, & im ꝓbare indulgentias, debet Chriſtian⁹ ob abuſum, quia dñs dicit, ꝓpter me deleo iniquitates tuas, nõ ꝓpter pecunias,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XI Papam poſſe remittere, omnē pœnā ꝓ peccatis debitā hu-
ius & futurę vitę, & ꝙ indulgentiæ proſint: nō criminoſis,
ſomniant ſecure indoctiſſimi ſophiſtę, & peſtiferi adulato-
res, nō tñ vel nutu poſſunt oſtendere.

XII Romanā Eccleſiā eſſe oībus alijs ſuperiorē, probatur ex
frigidiſſ: Ro. Pont: decretis, intra cccc. annos natis, contra
quę ſunt, hiſtorię approbatę. Mc. annoꝝ, text⁹ ſcripturę di-
uinæ, & decretum Niceni Concilij oīm ſacratiſſimi.

Anno dñi. M. D. XIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
6116

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN